176.

Literæ Dni Danielis Greseri ad Selneccerum

S. P. D. Latere te non arbitror ad 8. Octobris conuentum omnium huius ditionis ab Electore nostro ... institutum esse Witeberg...

175.

343

Reuerendiss: & clarissimo Viro D. Thimotheo Kirchnero sacræ & sincerioris theologiæ Doctori pastori in Wolffenbüttell & aliarum Ecclesiarum quæ sunt in Ducatu Brunsuicensi superintendenti generali dignissimo & fidelissimo domino suo omni cum reuerentia colendo.

Gratiam et pacem per Christum ἀκέραιον καὶ λόγον ἀληθινὸν ἀιδίως

Reuerendissime & clarissime domine Doctor, quod excellentia tua scribit se societate quadam doloris nobiscum affici, id mihi & alijs quorum animos hæc subita & inopinata tempestas nonnihil fregerat magno est solatio. Non enim dubito sanctorum precibus quæ nobis in hac lucta quasi in subsidium veniunt, & iram Dei & ærumnas fore mitiores. Si vero nos eiectos voluerit Deus, plane confido excellentiam tuam cogitaturam id quod res est, se diuino consilio in illum locum euocatam, vt tanquam filius Joseph fratribus de hospitio prospiciat. Ideoque excellentiæ tuæ me & alios commendo. Quod ad libros attinet paucos sane exiliis huiusce tempore describere potui, quos vero intelligo ex literis excellentiam tuam illis diutius non velle carere, remitto & pro officio commodationis excellentiæ tuæ gratias ago quas possum maximas simul illam cum coniuge & filijs sub umbram omnipotentis fideliter comendans. Raptim ex Cala 11 Calend: Maij Anno 1573 cum eadem hora nobiles de Berlewitz a ciuibus nostris iuramentum sumerent, quo illorum astringerentur.

R. Excellentiæ tuæ studiosissimus

M. Martinus Striens pastor

Ecclesiæ in oppido Cala ad Salam.

...ferat, iam suppressus est, e præceptoribus, ne vlterius ... prælegant, mandatum est, Jam Peucerus Pilatum agit, et manus lauat, quod testatur se nihil habere comercij cum ipsis libris. Dicit enim se non esse Theologum, sed medicum. Cum tamen antea omnem mouerit lapidem cum Christiano, vt omnibus scolis mandaretur prælegere Catechismum illum

mas tibi cum laborem et ex verbo Dei demonstres naturam
corruptam et perversam qualis in homine est post
lapsum, non ἀνομίαν esse, pugnans quidam cum Lege Dei
neque reum irae Dei, quae duo sunt ipsissimae proprietates pec-
cati, quae si non competunt in naturam corruptam, immu-

Epistola D. Illyrici.

in [illegible]
ἀνομία sit ἁμαρτία et con…
Haec conferendi gratia ad te perscribere volui…
te vir candide et apte ex verbo Dei, de his gravissimis
rebus conferre digneris. Me simplicem et apertum
et admonitionis et correctionis patientem reipsa
experieris. Bene in Domino vale.